

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241470)

tur? Ex dictis tamen adfirmare teneor: numisma hoc fufum, ex auro argentoque probo (five arte factu, five minerali) consolidatum esse; nam si ex ignobiliore metallo constaret, gravitate, qua præditum est, destitueretur: deinde si adulterinum foret, temeritatis utique arguendus fuisset *Ioan. Wenceslaus* de REINBURG, qui illud (uti inscriptio in averfa parte, quam mox recitabimus, nos edocet) numini ac Maieftati LEOPOLDI I. Imp. offerre dicareque ausus fuit. Quin si spurium esset, nec in gazis Augustalibus locum unquam obtinisset, nec advenientibus exteris hodieque ante oculos poneretur.

III.

Legamus primo inscriptionem, quæ in averfa parte litteris Romanis non scalptis sed fufis conspicitur; postea vero icones averfæ contemplabimur; illa enim nomen auctoris prodit, aram docet & de probitate nobilioris metalli nos certos reddit. Inscriptio numismatis hisce concepta est verbis:

Inscriptio ex eju
averfa adducitur.

SACRATISSIMO
POTENTISSIMO ET INVICTISSIMO
ROMANORVM IMPERATORI
LEOPOLDO I.
ARCANORVM NATVRAE SCRVTATORI CVRIOS^{MO}
GENVINVM HOC VERAÆ AC PERFECTAÆ
METAMORPHOSEOS METALLICAE
SPECIMEN
PRO EXIGVO ANNIVERSARII DIEI NOMINALIS
MNEMOSYNO
CVM OMNIGENÆ PROSPERITATIS VOTO
HVMILLIMA VENERATIONE OFFERT ET DICAT
IOANNES WENCESLAVS DE REINBURG
NVMINI MAIESTATIQUE EIVS
DEVOTISSIMVS
anno Christi MDCLXXVII. die festo
S. LEOPOLDI
COGNOMINE PII OLIM MARCHION^{IS} AVSTRIÆ
NVNC AVTEM PATRONI AVGVSTISSIMAE
DOMVS AVSTRIACAE
BENIGNISSIMI.

IV.

Intueamur iam averfam numismatis partem. Hæc complectitur nummos iconicos, numero quadraginta, in tres ordines dispositos, qui maioris elegantiorisque formæ LEOPOLDI I. Imp. numisma, in medio positum, cingunt. Singuli eorum inscriptionibus & numeris Arabicis instructi comparent: medium numisma solummodo eius generis numero destituitur. In margine exteriori comparent nummi omnino xx. Secundus ordo xii. nummos continet. Tertius denique viii. Ordo numeralis, supra ante initium inscriptionum notatus, apud omnes a læva ad dextram procedit.

Averfa numis-
matis pars icones
complectitur. nu-
mero xlii.

TOM. II. P. I.

h

Effi-

Effigies singulorum affabre sunt factæ, ac varia diademata Heroum capita ornant, diversaque colli & pectoris indumenta; sed notum utique, haud temere ullum reperiendum esse nummum mnemonicum, ad Austriae aut alios Principes spectantem, qui seculum CHRISTI XV. aetate superat; illi ergo, qui FRIDERICI Imp. *Pacifici* nummum ordine præcedunt, non a typis nummariis, sed de tabulis pictis vel æri incisis, aliisque monumentis, ævo recentiori factis, desumpti & delineati fuerunt. Nec nos moveat CALINI sententia, sequenti nummothece, quam paullo post videbimus, inscripta, qua eosdem fere typos, eodem quoque anno Imperatori itidem LEOPOLDO I. offerens ait: *iis contineri genuinas effigies & ex veris originalibus depromptas Heroum Habsburgicorum imagines.* Quis enim, amabo, in re nummaria mediæ ævi vel leviter versatus, enuntiationi huic fidem adhibere possit? Quis sibi unquam in mentem inducat, maiores Comitum Habsburgensium ea specie, qua hic in nummis comparent, vestitos, ornatos, armatosque fuisse? Tenendum itaque, nummos istos iconicos a PHARAMUNDO I. ad ERNESTUM usque, cognomento *Ferreum*, Ducem Styriæ, in hoc prægrandi numismate ordine dispositos, *Restitutis* adnumerandos esse. Reliqui octo Cæsarium, ac Regum ex Augusta Domo Austriaca oriundorum, vultus corporumque habitus, quemadmodum in eorundem nummis subinde expressi fuerunt, satis bene se habent. Ordinem in dispositione nummorum hic observatum iam non moramur: neque anxie inquirimus, an CALINUS, an vero REINBURGIUS eius collectionis sit auctor, quisve eorum opus suum anno 1677. LEOPOLDO Cæsari primus obtulerit; uterque enim imbutus erat opinamenti *Spanheimensis Abbatis*, MANLII, STABII, & LAZII, qui a *Merovingis*, Francorum *Regibus*, stemma Austriacum deducunt; horum quippe seriem integram in medium proferunt. Etsi vero credibile est, CALINUM, utpote *historiographum* Cæsareum, icones eius stemmatis primo collegisse, dein opera *Ioannis PERMAN* typis nummariis expressas, in ordinem disposuisse: numisma nihilominus REINBURGI, illius syntagmati ordine saltem anteferendum duco; tum quia CALINI collectio hodie non amplius integra, sed iam manca est; tum vero, quod in numismate REINBURGI uno fere obtutu integra series sic dictæ *Genealogiæ Habsburgo-Austriacæ* conspicienda est.

V.

Eorum inscriptiones ordine censentur.

SUPervacaneum foret nummorum iconicorum, de quibus hic nobis sermo, seriem, hisque additas notas chronologicas longo examini subiicere; siquidem de vera stemmatis *Habsburgo-Austriaci* origine alias a nobis data opera & fusc iam actum, ostensumque est: Genealogiam Principum Austriae nequaquam a Romanis, nec a Franciæ Regibus, sed a primis Alemanniæ Ducibus esse deducendam. Achronologia porro in his nummis extantior est, quam ut de ea Lectorem monere necessum sit; sic enim num. 24. & 25.

WERN-

WERNHERI patris obitus scribitur an. 1069. OTTONIS vero filii annus emortualis refertur ad an. 1080. Quin num. 31. ALBERTI II. Ducis Austriae obitus per crassum errorem notatur ad an. 1958. Quamobrem satis erit hoc loco nummorum, in numismate contentorum, nec non inscriptionum, iisdem additarum, recensum facere.

1. PHARAMVNDVS. PRIMVS. REX FRANCORVM. A. *nno* CHR *isti* 419.
2. CLODIVS. CRINITVS. FRANCORVM. REX II. † A. *nno* CH. *risti* 448.
3. MEROVEVS REX. FRANCORVM. III. OBIIT. A. *nno* CHRI. *sti* 458.
4. CHILDERICVS. REX. FRANCORVM. IV. DECESSIT. A. *nno* C. *risti* 484.
5. CLODOVEVS. MAGN. *us* FRANC. *orum* REX. CHILD. *erici* FIL. *ius* † AN. *no* 14. (514.)
6. CLOTARIVS. REX. FRAN. *orum* GOD. (*Clodovei*) FIL. *ius* † AN. *no* CHRIST. *i* 584.
7. SIGEBERTVS. REX. AVST. *r* ASIÆ. CLOT. *arii* FL. (*filius*) †. AN. *no* CHR. *isti* 577.
8. CHILDEBERT. *us* REX. AVSTRASIE. SIGEB. *erti* FIL. *ius* †. AN. *no* 611.
9. THEODOBERT. *us* REX. AVSTRASIE. CHILD. *eberti* FIL *ius* † AN. *no* 617.
10. SIGISBERTVS. DVX. SVP. *erioris* ALEM. *annia* THE. *odoberti* FIL. *ius* A. *nno* C *risti* 635.
11. SIGISB. *ertus* II. DVX. SV. *terioris* ALEM. *annia* B P. FIL. *ius* VIX. *it* ANNO CHR. *sti* 659.
12. OTBERT. *us* CONDITOR. HABSP. *urgi* SIG *isberti* II. FIL. *ius* AN. *no* CHR. *isti* 690.
13. BEBO. COM. *es* HABS. *burgi* OTBER. *ti* FIL. *ius* VIX. *it* AN. *no* CHRIS. *ti* 728.
14. ROTHER. *us* COM. *es* HABS. *burgi* BEBON. *is* FIL. *ius* †. ANNO CHR. *isti* 766.
15. HETOBERT. *us* COM. *es* HABS. *burgi* ROTH. *eri* FIL. *ius* VIX. *it* A. *nno* C. *risti* 781.
16. † AMPERT. *us* COM. *es* HABS. *burgi* HT. (HETOBERTI) FIL. *ius* AN. *no* CHRISTI. 814.
17. GVNTR. *amus* I. COMES. HABS. *burgi* RAM. *perti* FIL. *ius* VIX. *it* ANNO CHR. *isti* 840.
18. LVTHAR *ius* COM *es* HABS. *burgi* GVN. *trami* I. FIL. *ius* † AN. *no* CHRIST. *i* 899.
19. LVTFRID. *us* COM. *es* HABS *burgi* LVTH. *arii* FIL. *ius* † AN. *no* CHRISTI. 929.
20. HVNFRIDVS COMES HABS. *burgi* LVTF. *ridi* FIL. *ius* VIX. *it* AN. *no* CHR. *isti* 931.
21. GVNTR. *amus* COM. *es* HABS. *burgi* WER. *neri* II. FIL. *ius* VIX *it* AN. *no* CHRIST. *i* 943.
22. BETZO. COM. *es* HABS. *burgi* GVN. *trami* II. FIL. *ius* VIX *it* AN *no* C. *risti* 970.

23. RAPATO. COM. *es* HABS. *burgi* BETZ. *onis* FIL. *ius* VIX. *it* AN. *no* CH. *risti* 1034.
24. WERNER. *us* COM. *es* HABS. *burgi* RAPAT. *onis* FIL. *ius* †. AN. *no* CHRIS. *ti* 1096.
25. OTHO. COM. *es* HABS. *burgi* WERN. *eri* FIL. *ius* †. AN. *no* CHRI. *sti* 1080.
26. WERNERV. II. CO. *mes* HABS. *burgi* OTH. *onis* FIL. *ius* VIX. *it* AN. *no* 1140.
27. ALBTR. *us* COMES HABS *burgi* WER. *neri* II. FIL. *ius* VIX. *it* AN. *no* CHR. *isti* 1191.
28. ALB. *ertus* II. COM. *es* HABS. *burgi* ALB. *erti* I. FL. (*filius*) †. AN. *no* CHRIST. *i* 1238.
29. RVDOL. *phus* I. ROM. *anorum* IMP. *erator* ALB. *erti* II. CO. *mitis* HABS. *burgi* FIL. *ius* †. ANNO CH. *risti* 1291.
30. ALBERT. *us* I. RO. *manorum* IMP. *erator* A. *rchidux* AVST. *ria* RVD. *olphi* I. FIL. †. AN: *no* CH. *risti* 1308.
31. ALBERT. *us* II. ARCH. *i* D. *ux* AVSTR. *ia* ALB. *erti* *i* IMP. *eratoris* FIL. *ius* obiit AN. *no* 1958. (1358.)
32. LEOPOLDVS. PROBVS. ARCH. *idux* AVST. *ria* ALB. *erti* II. FIL. *ius* †. 1386.
33. ERNEST. *us* FERREVS. ARCH. *idux* AVST. *ria* LEOP. *oldi* FIL. *ius* †. A. *nno* C. *hristi* 1455. (1424.)
34. ERID. *ericus* IV. ROM. *anorum* IMP. *erator* AR. *chidux* AVSTR. *ia* ERN. *esti* FIL. *ius* †. A. *nno* C. *hristi* 1439.
35. MAXIM. *ilianus* I. ROM. *anorum* IMP. *erator* A. *rchidux* A. *ustria* DVX. BVR. *gundia* FRIDERICI P. *acisci* IV. FIL. *ius* †. A. *nno* 1519.
36. PHILIP. *pus* I. AVSTRIAC. *us* REX. HISPA. *nia* MAX. *imiliani* I. FIL. *ius* †. A. *nno* 1506.
37. FERD. *inandus* I. RO. *manorum* IMP. *erator* REX. HVN: *garia* ET. BOH. *emia* PH. *ilippi* I. R. *egis* FIL. *ius* †. ANNO 1564.
38. CAROLVS. ARCH. *idux* AVST. *ria* DVX. STYR. *ia* FER. *dinandi* I. IMP. *eratoris* F. *ilius* †. 1590.
39. FERD. *inandus* II. RO. *manorum* IMP. *erator* REX. HVN. *garia* ET BOH. *emia* CAR. *oli* A. *rchiducis* F. *ilius* † A. *nno* 1637.
40. FERD. *inandus* III. R. *omanorum* I. *mperator* S. *emper* A. *ugustus* G. *ermania* H. *ungaria* B. *ohemia* REX. ARCH. *idux* AVST. *ria* F. *erdinandi* II. FIL. *ius* obiit A. *nno* 1657. Sequuntur ultimo loco in medio numismatis capita iugata LEOPOLDI & ELEONORÆ ad pectus, cum hac perigraphæ:
LEOPOLDVS. I. IMP. *erator* ROM. *anorum* ELEONORA. MAGDALENA. TERES. *ia* IMPERAT. *rix* R. *omanorum*.

VI.

Theca nummo-
rum, idem schema
genealogiæ Habs-
burgo-Austriacorum
Principum exhi-
beas.

Alterum monumentum, de quo memini, in Bibliotheca Augusta Cæsarea Vindobonensi adseruatur. Id thecæ inclusum, formæ rotundæ, ad duos fere pedes in diametro porrectæ, qua
con-